

hostes spoliis hostium facti sunt locupletes, maxime ex thesauris ecclesie Romane, qui in ea urbe erant depositi. Cardinalis Romanus de ordine Minorum Gentilis nomine de legatione Ungarie veniens a recto itinere deflexit ac pervenit in urbem, qua natus fuerat¹. Ibi dum esset, accepit^a mandatum a summo pontifice Clemente, ut thesauros ecclesie Romane de Ytalia transferret^b in Galliam; dum adimpleret mandatum, Lucam pervenit. Ibi morbo [correptus^c mortuus est], designatis tesaurois^d quibus visum fuit expedire; hii tesauri in manus diripientium pervenerunt. Fama fuit infiniti pretii hos fuisse. Ugutio urbi Luce preficitur, qui ibi filium² suum^e prefecit.

De duobus regibus electis in Germania.

Interea post Henrici augusti interitum^f facta fuit electio de rege Germanorum creando. Lodoycus frater ducis Baioarie elligitur per V ex electoribus ius in eligendo habentibus. Dux Austrie Federicus per reliquos duos elligitur, qui Lodovico ut potuit obstitit. Inde bella et cedes utrimque, que per annos fere IIII^{or} cedes^g plurimas in Germania intulerunt^h.

De exercitu in Sicilia.

Robertusⁱ rex Karulorum^k classem maximam cum ingentibus copiis equitum et peditum in Siciliam¹ duxit, ad portum Trapani appulit. Ibi copias exposuit, diu ibi castra habuit, ut aiunt, catena ferea^a cincta. Rex Sicilie Federicus, illius sororius, obstitit. Cum diutius ibi castra fuissent, lue ac fame exercitus regis Ro[berti] afflictatus est,

a) So Hs. b) 'transferet' Hs. c) Die eingeklammerten Worte fehlen in der Hs.; 'et in quello luogo infermato mori' Uebers. d) So hier Hs. e) Folgt noch einmal 'ibi' in der Hs. f) 'interitum' Hs. g) Das zweimalige 'cedes' ist auffällig, die Uebersetzung ergibt keine Möglichkeit der Besserung, da die beiden Sätze dort in einen zusammengezogen sind. h) Hier folgt noch in der Hs.: 'vir literatus apprime', was hierher nicht passt, auch weder vorher noch nachher irgendwo eingesetzt werden kann, es steht nirgend in der Uebers., es scheint eine Randglosse zu 'Dux Austrie Federicus' in der Vorlage gewesen zu sein. i) 'Pobertus' Hs., das P vom Illuminator rot gemalt, aber R war mit schwarzer Tinte vorgeschrieben. k) Auch die Uebers. hat: 'de la gente di Karli'. l) 'Sicilam' Hs.

1) Gentilis war aus Montefiore in der Mark Ancona (prov. Ascoli) gebürtig. 2) Franciscus hiess der Sohn.